

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369547365

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

LOG Id: LOG_0192

LOG Titel: Caput Quinquagesimum. Nymphaea Indica major. Taratti. - Vyftigste Hoofdstuk. De groote Indische Waterplomp

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT QUINQUAGESIMUM.

Nymphaea Indica major. Taratti.

IN India elegans reperitur *Nymphaea majoris* species, a nostrate haud multum differens nisi floribus & fructibus, non etiam foliis suis plane aquae incumbit uti Europaea, sed ea adtollet supra aquam caulibus inposita ad aliquam partem, quatuor nempe vel quinque pedum altitudine a radice, prout aqua profunda est, ita ut semper ultra pedem ex aqua eleventur, bini tresve ex uno ortu, quivis vero caulis peculiare sustinet folium, qui digitum crassus est, rotundus, pallide virens, externe rugosus & spinulosus, quum acutius eminentiis hirtus sit, interne fungosus, & octo foraminulis in orbem positis notatus, ac bina majora in centro locantur, per quae quis flare potest, & e quibus album & viscosum effluit lac, vaccinum referens, quodque in tenuia fila duci potest, instar serici vel teli araneae.

Folia referunt illa *Ari Aegyptii* seu *Kelady* supra libro 8. descripti, sed haec *Taratti* rotundiora sunt, ac sine apicibus, atque inferius planum habent sinum, in quo brevis locatur apex, binos pedes & ultra lata, viginti & viginti duo pollices longa, subtus glabra, & pallide virentia, superne instar graminis virentia, sed sine splendore, ac rugosa instar velleris pilosi.

Caulis subtus circa medium immittitur, atque tum sese dividit in viginti unum vel duo protuberantes costas, ad folii rotundam excurrentes partem, atque quavis in processu sese iterum dividit in binas, ac quavis iterum in varias parvas quasi furcas, donec sese prope oram in arcus claudant, sic etiam nervorum interstitia transversalibus venulis pertexta sunt. In superiore parte folium potissimum planum est, sed in centro prope caulem foveolam format, unde infundibiliforme fere est.

Tenerum ac sub aquis adhuc locatum folium peculiari etiam provenit modo, utrimque nempe complicatum est, oblique cauli incumbens, & externe fuscum praebens fulgorem.

Caulis florifer altior excrevit priore, sex nempe pedes altus, caeterum ejusdem crassitiei, substantiae, & rugositatis, superius acutum sustinens conum, ex quo flos excrevit, primo enim sese quatuor aperiant albicantia petala cymbae formia, quae theca seu vagina sunt, quae verum continet florem.

Flos hic quodammodo aemulatur Tulipam, sed multo major est, & instar orbis mensarii expansus, saltem post Coronam solis omnium maximus est flos. Componitur vero ex septendecim petalis, quorum decem maxima & exteriora ample extensa sunt, ultra septem pollices longa, ac quatuor digitis latiora, ad internam partem param concava seu cochleari formia, ad externam partem multis costis seu plicis striata, septem alia magis introrsum & elevata locantur, ejusdem formae, sed minora, & inter sese inaequalis magnitudinis, tria enim interiora minima sunt.

Floris color plerumque rosaceus est, sed alius aliquando ejus observatur color, uti dein indicabitur. In centro hi flores coronam gerunt, ex brevibus, crassis, & flavis compositam flaminibus, albas antheras gerentibus, fructus germen cingentibus, qui est conus inversus, seu infundibulum solidum, superius planum & latum, inferius acutum. Florum petala facile decidunt, tumque infundibulum istud maxime excrevit, sesqui palmam latum, & transversalem manum altum, ad oras crassas gerens strias seu plicas, in superiore planitie viginti duo ad triginta conspiciuntur rotunda foraminula, ac sub quovis cellula, in fungosa, alba, & sicca istius infundibuli medulla locata.

In quavis cellula oblongum reconditur officulum, superius brevem sustinens apicem, glabrum, & nigrum, si sit maturum, magnitudinem habens nucum Avellanarum oblongarum, cum capitulo parum elevatum, instar fabarum, quae in olla coquantur.

Sub exteriori putamine horum officulorum durus albusque reconditur nucleus, substantiam glandum aemulans, saporis aquosi dulcis. Quivis nucleus in bina segmenta divisibilis est, inque eorum centro reperitur viride & complicatum foliolum, superiore parte deorsum flexum, saporis amaricantis, in quo vis seminalis seu progerminans latet.

Floris

VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De groote Indische Waterplomp.

Wy hebben in Indiën een schoone zoorte van de *Nymphaea major*, van de *Vaderlandse* niet veel anders verschillende dan in de bloemen en vruchten, het leidt ook met zyn bladeren niet vlak op 't water, gelyk de *Europisse*, maar verheft die met zyn steelen een stuk weegs boven 't water, vier en vyf voeten hoog van de wortel, na dat het water diep is, zoo dat ze altyd ruim een voet boven 't water uitstaan, twee en drie uit eenen oorspronk, en ieder een byzonder blad dragende, de steel is een vinger dik, rond, ligt-groen, buiten ruig en steekelig, als zynde met scherpe puntjes bezet, binnen voos, met agt gaatjes in de rondte, en twee grootere in de midden, daar men door blazen kan, en waar uit loopt een witte strammemelk, als *Koefemelk*, die zig tot dunne draden laat trekken, als zyde of spinnewebben.

De bladeren gelyken wel na het *Arum Aegyptium*, of *Kelady*, boven lib. 8. beschreeven, dog deze van *Taratti* zyn ronder, zonder spitze voor uit, en agter met een vlakke kepe, daar een kort spitsje in staat, twee voeten en meer breed, twintig en tweeëntwintig duimen lang, van onderen glad, en ligt-groen, boven gras-groen, dog zonder glans, en ruig als een hairen vel.

De steel werd van onderen omtrent bet midden ingelaten, van daar verdeelt hy zig in eenentwintig of tweeëntwintig dikke uitbuilende ribben, na de rondte des blads lopende, en ieder in 't voortgaan verdeelt haar weder in twee takken, en ieder tak weder in verscheide kleine gaffels, tot dat ze haar by de rand met bogen sluiten. Zoo zyn ook de tusschenplaatze der ribben met dwersadertjes doorregen. Aan de bovenste zyde is bet blad meest vlak, dog formeerd in de midden by den steel een kuil, waar door bet schier tregterformig werd.

Het jonge, en nog onder water staande blad komt ook op een byzondere manier voort, namentlyk te weerzyden zamengerolt, schuins op den steel rustende, en van buiten een bruine weerschyn gevende.

De bloemdragende steel werd hooger dan de voorgaande, te weten ses voeten hoog, anders van dezelve dikte, substantie, en ruigheid, dragende boven op een spitzen kegel, waar uit de bloeme werd, want eerstelyk openen hun vier witagtige blaadjes als schuitjes geformeert, welke de kas of schede zyn, daar in de regte bloeme schuilt.

De zelve gelykt eenigzints na een *Tulpe*, dog is veel grooter, en zoo wyd geopent als een *Tafelbord*. Immers naast de zonnebloemen de grootste onder allen. Zy is gemaakt van seventien bladeren, waar van de tien grootste en buitenste wyt geopent staan, ruim seven duimen lang, meer dan vier vingeren breed, aan de binnenzyde ook wat bol of lepelformig, aan de buitenste zyde met veele ribben of ploojen gestreept, de seven andere staan meer na binnen, en overeind, van bet zelve fatsoen, dog kleinder, en onder malkander, zelfs ongelyk, want de drie binnenste zyn de kleinste.

De couleur dezer bloeme is gemeen roozeverwig, dog men vindt ze ook van andere couleuren, gelyk hier na volgt. In de midden hebben deze bloemen eenen kran, van korte, dikke, en geele draden gemaakt, met witte noppen, omringende bet schepzel van de vrugt, 't welk is een omgekeerde kegel, of mastieven tregter, boven vlak, en breed, beneden spits. De blaadjes van de bloemen vallen ligt af, als dan werd die tregter zeer groot, anderhalve band breed, en een dwersband hoog, aan de zyde met dikke rim-pelen of ploojen, op de bovenste vlakten ziet men tweeëntwintig tot dertig ronde gaatjes, en onder ieder van de zelve een celletje, in bet voos, witte, en drooge merg van dien tregter.

In ieder celletje leid een langwerpige bone, boven op met een kort spitsje, glad, en pikzwart, als ze ryp is, zoo groot als langwerpige *Hazelnoten*, met bet hoofdje een weinig uitkykende gelyk *Boonen*, die in een pot koken.

Onder de buitenste schaal dezer korrels, vindt men een harde witte keest, van substantie als *Eekelen*, van smaak wateragtig, zoet. Ieder keest of korrel laat zig in tweeën delen, en in de midden vindt men een groen en zamengevouwen blaadje, met zyn hoofdje neerwaarts gebogen, bitteragtig van smaak, waar inne de zaadkragt schuilt.

De

Floris odor gratus est, sed debilis, maxime ad Anisum & Cinnamomum adcedens, qui proprie in luteis detegitur staminibus, quæ etiam Cinnamomi saporem habent. In superiore planitie tenerorum conorum costæ quædam tanquam radii conspiciuntur ex centro ad peripheriam ducti.

Semi matura officula fusca sunt, tumque apta sunt, ut cruda edi possint, nigra enim nimis dura sunt, si vero quis ea edere velit, prius decorticanda sunt, dein aperienda, ac viride istud & amaricans petalum eximendum est.

Radix sub quavis planta ex congerie constat albarum fibrillarum, atque inter has transversalis locatur radix minimum digitum crassa, alba, rotunda, & glabra, utrimque prorepens, nunc rotunda, nunc sinuosa. Ad spithamæ circiter spatium a prima planta iterum similem format fasciculum fibrillarum, ibique novam generat plantam, turiones novos producentem. Hæ radices sese ample dispergunt, continuo novos generantes fasciculos fibrillarum & plantarum, ita ut intra breve temporis spatium ingentem occupet locum, radix interne quoque fungosa est, & foraminibus repleta, saporis dulcis & aquosi.

Diximus vulgarem hujus floris colorem esse roseum, qualem veteres eum descripserunt, ac plerumque in hisce observatur insulis, sed alios gerit quoque colores, sed hi rari sunt, excepto in Sina, uti id postea ex Sinenfi Atlante patebit.

Javæ itaque versicolor reperitur, una nempe species læte rubentes seu incarnatos gerit flores, quem colorem Malayenses *Dado*, & *Paru paru sala matta* vocant, secunda albos, tertia luteos, & quarta cæruleos gerit flores, quinta gerit albos & rubros variegatos more Tuliparum. Omnes vero hi colores distinctius & vulgatius reperiuntur in subsequente *Tondjo*.

Nomen. Latine *Nymphaea Indica major*; Belgice *Watertulpe*, seu *Tulipa aquatica*, & groote *plombe*; Malaice & Macassarice *Bonga tarratti* & *Tarrate*; Macassarice *Tonjo*; Sinice *Lien*; Lusitanice *Foula de golfaon*.

Cum aliis doctis in ea verfor opinione, hanc *Indicam Nymphaeam* nil aliud esse nisi veram *Fabam Aegyptiam antiquorum*, de qua vide *Theophr. libr. 4. Hist. pl. Cap. 10. Dioscorid. libr. 2. cap. 99.* uti ex comparatione descriptionis illorum cum nostra id patebit, excepto quod eam cum *Colocasiam* in quibusdam partibus confundant, quod nomen supra *libro 8. Cap. 84.* proprie tribuimus *Aro Aegyptio* seu *Kelady*, ac potest esse, ambas istas radices apud veteres unum idemque obtinuisse nomen, uti id quodammodo patet ex textu *Dioscoridis*, qui aperte radices *Fabæ Aegyptiacæ* vocat *Colocasiam*, licet radices *Indicæ Nymphææ* nostræ nullo modo convenient cum illis *Ari Aegyptii*, uti id ex isto capite patet.

Sic error quoque videtur esse in textu *Theophrasti*, qui radices *Fabæ Aegyptiacæ* spinosas esse dicit, quod forte de caulibus intelliget, atque hæc etiam declarant ejus verba, quum enim dicit, *Crocodylos in Nylo vitare hanc plantam, ne oculos lædant per ipsius spinas*, hoc non de radicibus intelligi potest, quæ in cæno latent, sed de caulibus spinulosis, qui alicujus cutim quam maxime lædere possunt, si quis eos fricat, uti neque *Dioscorides* de radice spinosa ullam mentionem, qui sine dubio eas in Aegypto vidit, attamen error quidam in ejus textu videtur detegi, quum caulem suæ fabæ dicit ulnam modo longum esse, qui ex *Theophrasto* & *Plinio* melius tres quatuorve ulnas longus esse dicitur, suntque sex pedes, si ulnæ parvæ intelligantur, sed octo novemque pedes, si de majoribus dicatur, quam altitudinem etiam adtingit, ac planta ad minimum ulnam aquarum requirit, ubi crevit.

Figura *Fabæ Aegyptiacæ* a *Matthiolo* in *Dioscoridem* proposita non quadrat cum nostro *Taratti*, sed sine dubio erit *Lotus Aegyptius*, quem *Theophrastus* in isto describit *Capite*, de quo vide in subsequenti *Capite*.

De reuk van de bloeme is lieflyk, dog slap, merkelyk na Anys en Kaneel trekkende, dewelke eigentlyk in de geelde draden zit; die ook na Kaneel smaken. Op de bovenste vlakke van de jonge bollen, ziet men eenige ribben als stralen van het centrum na den omloop getrokken.

De half rype korrels zyn bruinagtig, en dan zyn ze bekwaaam om raauw te eeten, want de zwarte zyn te hard, dog als men ze eeten wil, moet men ze eerst schillen, daar na openen, en dat groene bittere blaadje uitnemen.

De wortel onder ieder struik bestaat uit een bos witte vazelingen, en daar tusschen een daverswortel een pink dik, wit, rond, en glad, te weerzyden voortlopende, zomtyds regt, zomtyds met bochten. Ontrent een span van den eersten struik, maakt het weder een zulke bos vazelingen, en formeert aldaar een nieuwe struik, jonge scheutjes voortbrengende. Wyd en zyd verspreiden baar deze wortelen, telkens nieuwe bossen van vazelingen en struiken formeerende, zoo dat het in korten tyd een groote plaats beslaat, van binnen is de wortel mede voos en vol gaatjes, van smaak zoet, en wateragtig.

Wy hebben gezegt, dat de ordinarijs couleur van deze bloeme is roozerood, gelyk ze de ouden ook beschreeven hebben, en meest in alle deze Eilanden gezien werd, maar men vindt 'er ook van andere couleuren, dog die zyn zeldzaam, behalven in China, gelyk hier na uit den Chineezzen Atlas blyken zal.

Men vindt ze dan op Java van verscheide couleuren, waar van de eene soorte ligt-roode of incarnate bloemen heeft, welke couleur de Malysers *Dado*, en *Paru paru sala matta* noemen, de tweede heeft witte, de derde geele, de vierde blaauwe bloemen, de vyfde heeft ze met wit en rood geschildert, op de manier van Tulpen. Alle welke couleuren men duidelyker en gemeender vindt aan het volgende *Tondjo*.

Naam. In het Latyn *Nymphaea Indica major*; in 't Duits *Water-tulpe*, en groote *plombe*; in 't Maleits en *Baleits* *Bonga tarratti*, en *Tarrate*. Op 't Macassarisch *Tonjo*; in 't Chinees *Lien*; in 't Portugees *Foula de Golfaon*.

Ik ben met andere geleerde Lieden van dat gevoelen, dat deze Indische *Nymphaea* anders niet zydan de opregte *Faba Aegyptia antiquorum*, waar van *Theophrastus Lib. 4. Hist. plant. cap. 10. Dioscorides Lib. 2. Cap. 99.* gelyk uit de overeenstemminge van haar lieden beschryvinge met de onze blykt, behalven dat ze dezelve met de *Colocasiam* in eenige deelen confundereen, welke naam wy boven *libr. 8. cap. 84.* gestelt hebben, eigentlyk het *Arum Aegyptium*, of ons *Kelady* toe te komen, en het kan wel zyn, dat by de ouden die beide wortelen eenderlei namen hebben gehad, gelyk ook eenigzints uit den *Text van Dioscorides* blykt, dewelke uitdrukkellyk de wortelen van zyn *Faba Aegyptia Colocasiam* noemt, hoewel de wortelen van onze Indische *Nymphaea* gants geene gelykenisse hebben met die van *Arum Aegyptium*, gelyk uit dat Hoofdstuk blykt.

Zoo schynt ook een abuis te steeken in den text van *Theophrastus*, daar by de wortelen van de *Faba Aegyptia* doornagtig maakt, 't welk by mischien van de steelen zegen wilde, en zulks brengen ook zyn eigen woorden mede, want als by zegt, dat de *Krokodillen* in den *Nyl* ben voor dit kruid wagten, om baare oogen aan de doorens niet te bezeeren, zoo kan zulks niet van de wortels verstaan werden, dewelke in den slijk schuilen, maar van de steekelige steelen, dewelke verzekert iemand het vel konnen kwetzen, als men daar tegens aan vryft, gelyk ook *Dioscorides* van geen steekelige wortel gewag maakt, die ze buiten twyffel in Aegypten gezien heeft. En egter schynt nog een abuis in zyn text te zyn, daar by den steel van zyn *Faba* maar een elle lang maakt, dewelke uit *Theophrastus* en *Plinius* beter drie of vier ellen lang gestelt werden, zynde ses voeten, als men kleine ellen verstaat, maar agt en negen voeten, als men van groote ellen spreekt, welke hoogte by ook heeft, en de plante moet ten minsten een elle diep water hebben, daar ze staat.

De Figuur van *Faba Aegyptia* *Matthioli* in *Diosc.* gestelt, accordeert niet met onze *Taratti*, maar zal buiten twyffel den *Lotus Aegyptius* zyn, die *Theophrastus* in 't voornoemde Hoofdstuk beschryft, en waar van ziet in 't volgende Hoofdstuk.

Diuturnam Botanicorum disputationem, quæ nempe vera sit veterum Colocasia, supra libro octavo Cap. 84. ex ingenii modulo determinavimus, quam sententiam adhuc fovemus, Colocasia nempe Veterum radicem fuisse Fabæ Egyptiæ seu Taratti, sed Colocasia Neotericorum est Arum Egyptium, seu Kelady supra descriptum, quod forte antiquis temporibus in Ægypto non ita fuit cultum, vel quod ambæ istæ plantæ ob foliorum similitudinem ab antiquis auctoribus sint confusæ, quod tamen de Dioscoride, Strabone, aliisque, qui Ægyptum peragrarunt, non ita facile credendum est.

Optimum indicium seu argumentum, Colocasia veterum fuisse Fabam istam seu Taratti, meo iudicio peti potest ex satyra quadam Martialis, in qua olus ex fibrosa radice Fabæ præparatum ita deridet.

*Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces
Improba cum morsu fila manuque trahes.*

Hoc est ridebis olus Niliacum & fila lanosa, quum ea in masticatione manibus ex ore trahes, quod non de Kalady speciebus intelligendum est, sed de hisce Taratti radicibus, quæ jam Plinii temporibus in Italia solebant feri, uti infra id latius explicabitur.

Locus. Nullibi crescit, nisi in stagnantibus recentibusque aquis vel talibus in magnis fluviis, qui hic & illic quietum habent sinum, & in solo magnam cœni copiam. Requirit vero ad minimum binorum triumve pedum altitudinem in aqua, sed profundius sex aquarum pedibus non crescit.

In Amboina ignota est hæc planta, sed occurrit in vicinis insulis, Cerama, Manipa, & Boerone, sed raro. Copiose reperitur Javæ, præsertim circa urbem Bataviam, ubi fere in omnibus crescit lacunis, ac fossis. Item in Baley, Celebe, & Philippinis, uti & in Mindanau, unde semen seu ejus ossicula in sacculis stramineis, qui panes vulgo vocantur, evehuntur, ac sicin Ternatam etiam delata fuit, ubi luxuriose in arcis fossa crescit, licet aqua ibi sit semi-falsa, atque inde anno 1679 in Amboinam deduci curavi, ubi nunc in quibusdam fossis piscinis ad Elephantem crescit.

Cultura. Modus colendi est uti apud veteres olim Ægyptios, sumitur manipulus maturarum fabarum nigrarum, nec in fumo induratarum, quæ in patina aqua plena deponuntur, fluctuantia vero abjiciuntur, quæque fundum petunt, per aliquot macerentur dies, donec findantur, ac viride exhibent germen.

Hæc elige, & nigro obtege cœno, ita ut sint glebæ magnitudine Nucum Juglandum, hæc in aquam immittite dictæ profunditatis, sed diffuse a sese invicem, tum progerminabunt, quæ sese dein per repentes radices longe lateque multiplicant, ita ut vix extirpari possint, sed locus, in quo progerminant, in initio ab Anatibus defendendus est, quum hi furculos comedunt, uti & squillæ. Radicibus suis aliquando etiam ficas petit oras, ubi plantulas quidem profert, sed hæc pusillæ sunt.

Inter omnes populos Sinenses hanc quam maxime amant plantam, in quorum regione non tantum crescit sponte in lacubus, paludibus, & stagnantibus aquis, sed etiam sollicitè in quorumvis Magnatum atriis, & fossis piscinis colitur.

Sinensis Atlas testatur copiosissimas & elegantissimas reperiri in octava Provincia Kiangsi, quæ aquis refertissima est inter omnes Sinenses Provincias, & unde fructus in vicinas deferuntur.

Pater Martinus ibi eas vidit quatuor diversis coloribus, ex purpureo rubras, forte rosaceas, rubras, albas, & variegatas; ipsarum radix ibi quoque nempe crassior est quam in hisce insulis, brachium nempe crassa, interne alba, fungosa, & foraminulis referta, atque edulis, quæ cum Ægyptiaca quadrat. Alii Sinenses mihi narrarunt, Magnates hos colere flores non tantum ob elegantem formam, sed quod summa ipsorum Dea Coâmin, quam ubique quærunt propitiam ac faventem, sedem suam fixerit in hoc flore.

Usus ejus apud hosce incolas non tantus est, sine dubio ab eorum ignorantiam, quantus apud Sinenses & Ægyptios, hisce enim in terris nulla ejus adhibetur pars, quam capita femina continentia, quæ nondum penitus matura in forum venalia portantur, in quibus fabæ nondum nigrae, sed ex fusco nigrescunt.

Hæc,

Den langen twist der Herbaristen, wat de regte Colocasia veterum zy, hebben wy dan boven lib. 8. cap. 84. na ons gering verstand gescheiden, waar by wy het nog houden, namentlyk dat de Colocasia veterum de wortel van Fabæ Egyptia of ons Tarratti zy geweest, maar Colocasia Neotericorum is het Arum Egyptium of Kelady boven beschreeven, welk misschien in oude tyden in Ægypten zoo zeer niet is gecultiveert, of dat die beide planten wegens gelykheid der bladeren van de oude Schryvers zyn geconfundeert geweest, het welk egter van Dioscorides, Strabo, en andere, die Ægypten zelfs doorwandelt hebben, niet ligt te gelooven is.

Het beste bewys, dat de Colocasia veterum de voornoemde Fabæ of ons Taratti zy geweest, kan men mynes oordeels halen uit zeker spotgedigt van Martialis, daar by het moes uit de hairige wortel van de Fabæ gemaakt, aldus uitlagt.

*Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces
Improba cum morsu fila manuque trahes.*

Dat is gy zult moeten laggen, over dat Nilotisse moes en de wolagtige draden, als gy dezelve in 't kauwen met de handen uit den mond trekt, 't welk men van geen Kelady-zoorte verstaan moet, maar van deze Taratti, dewelke al in Plinius tyden in Italien plagten gezaait te werden, gelyk hier onder nader zal gezegt werden.

Plaats. Het wast nergens dan in staande versche wateren, of zoodanige groote rivieren, die hier en daar een groote stillen boek maken, en op de grond veel slijk hebben. Het moet ten minsten twee en drie voeten diep water hebben, maar dieper als in ses voeten waters wast het niet.

In Amboina is 't ombekent, maar wel op de naburige Eilanden, Ceram, Manipa, en Boero, dog weinig. Overvloedig vindt men 't op Java, inzonderheid om de Stad Batavia, daar het schier in alle slooten en gragten wast. Item op Baly, Celebes, in de Philippinis, en op Mindanau, van waar het zaad of de bonen met beele stroozakjes vol, die men broodjes noemt, uitgevoert werd, en zoo is het ook in Ternaten gekomen, daar het weelderig in 't Kasteels graft wast. Hoewel dat water half brak is, zoo heb ik het echter van daar eindelyk Anno 1679. in Amboina laten brengen, daar het nu in sommige gegrave vyvers aan den Olypbant wast.

Cultura. De manier van planten is nog gelyk by de oude Ægyptenaars, men neemt een band vol rype bonen, die regt zwart en niet in de rook gedroogt zyn, legt die in een kom vol water, alle die dryven smyt weg, dewelke sluiken, laat eenige dagen weken, tot dat ze splyten, en het groene hertje vertonen.

Neemt die dan, en bekleedze met zwarte slijk, dat het klontjes werden, in de grootte van Walnoten, laat die in 't water zinken, dat de voornoemde diepte heeft, dog wydt van malkander, zoo zullen ze opkomen, die zig daar na door de kruipende wortelen wyd en zyd vermenigvuldigen, dat men ze kwalijk uit roejen kan, maar men moet den plaats, daar ze eerst op komen voor endten bewaren, om dat dezelve de nieuwe scheutjes op eeten, gelyk ook de Garnalen doen. Zy kruipt met bunne wortelen zomtyds na de drooge kanten, daar ze wel ook plantjes voortbrengt, maar die blyven klein.


Onder alle Natien maken de Chineesen het meeste werk van deze plante, in welkers land zy niet alleen in Meiren, Poelen, en staande wateren van zelfs wast, maar ook zorgvuldig schier in alle groote Heeren Paleisen en gegraven tauken of vyvers aangekweekt werden.

Den Chineesen Atlas getuigt, dat men de meeste en schoonste vindt in de agtste Provintie Kiangsi, dewelke de waterrykste is onder alle Chineese Provintien, van waar men de vrugten in de naburige brengt.

Pater Martinus heeft ze aldaar van vierderlei couleuren gezien, purper-rood, misschien roose-rood, regt rood, wit, en van gemengde couleur; ook is de wortel aldaar veel dikker dan in deze Eilanden, te weten een arm dik, binnen wit, voos, vol gantjes, en eetbaar, 't welk met de Egyptische accordeert. Andere Chineesen hebben my verbaalt, dat de groote Heeren deze bloemen aankweeken, niet alleen om hun schoone gestalte, maar om dat hun boogste Godinne Coâmin, die ze over al zoeken gunstig te hebben, hunne zitplaats in deze bloemen heeft.

Gebruik. By deze Eilanders is ze in zoo groot gebruik niet, buiten twyffel wegens hunne onweetentheid, dan by de Chineesen en Egyptenaren, want hier te lande bezigt men schier niets daar van dan de zaadbollen, die men, nog niet ter degen ryp zynde, op de markt te koop brengt, daar in de bonen nog niet ten vollen zwart, maar bruin-zwart.

Deze



Hæ, uti supra memoratum est, decorticantur & crudæ eduntur, quæque saporem præbent paulo magis fatuum Nucibus Avellanis. Siccata, vel penitus nigra, quæ saccis plenis venales prostant, in aqua prius ebullientia, vel in sartagine torrendæ sunt, donec exterior pellicula dehiscat, quæ desquamanda, & viride internum germen eximendum est, ac tum edi possunt, primo autem est cibus durus instar Glan-dium, sed facile per dentes commoliri potest, ac præsertim delicatus est ad potum Thee.

De usu radicum culinario in cibo apud hosce incolæ nil indagare potui, sed ipse institui & compertus fui, turiones molles radicum cum primis albis fursculis jusculo incoctos saporem præbere Cinaræ. Vetus-tæ radices nimis fibrosæ sunt, ita ut tota fila ex ore duci ac trahi possint, sed credo, Ægyptias & Sinenses radices multo molliores esse, quæque sunt crassiores & fungosiores.

Ex siccatis foliis cuculli & involucri formari pos-sunt uti ex papyro Maculatiensi, in quibus fructus & femina servari possunt. Ubi Sinenses habitant, hi flores vix servari possunt, quum eos continuo cupiant in ædibus habere sine dubio præ superstitione. Cæterum nos meliorem & copiosiorum docent usum hujus plan-tæ, ex recentibus enim & desquamatis fabis aquo-sam præparant pultem, vel jusculum coquunt cum paxillo Candy-faccharo, quod optime refrigerantem præbet cibum hominibus, ex diuturno morbo recon-valescentibus, quique ardorem adhuc sentiunt inter-num, & Dysenteria laborant, quum fabæ istæ refri-gerant, & modice adstringunt. Radices apud ipsos tam coquuntur, quam sub cineribus torrentur, & æstate instar Cinaræ eduntur.

Viridia fabarum germina conlecta & siccata defectu Theæ adhiberi possunt, eodem modo cocta & potata. Teneri caules Taratti parum rasi, ita ut pungens pel-lacula desquamata sit, in frusta scissi coqui & edi pos-sunt, quod Macassarensibus in usu est, sed præfero, si tota externa viridis pellis desquametur, & interna fistulosa medulla sola coquatur. Tenera folia adhuc convoluta cruda quoque edi possunt cum Bocassan & Atsjar, in olus itidem coqui possunt.

An jam Indicus Crocodilus pungentes caules vitet, uti Theophrastus de Niliaco dicit, incertæ sunt senten-tiæ & narrationes. Bægenses populi dicunt, in ipso-rum patria ripas ingentium fluminum Taratti obfessas esse, quas pueri sine metu frequentant ad flores & fructus abscondendos, licet videant Crocodilum in fluxu fluctuantem. Contra de Goruntale narratur, ejus lacum ad oras itidem Taratti alere, Crocodilum ibi tam audacem esse, ut inter hanc penetret herbam, atque homines & animalia auferat.

Piso Lib. 4. Cap. 49. testatur, similem Nymphæam in Brasilia quoque crescere, nomine indigeno Aqua-pe, Portugallico Golfaon, floribusque tribuit duode-cim interna longa & alba petala, cum quatuor aliis exterioribus, quæ virefcunt, ac boni odoris sunt, fru-ctus vero non describit, quibus potissimum ab Euro-pæis differt.

Radices ibi quoque longæ & succosæ sunt, ac coctæ, vel parum sub cineribus tostæ æque cibo quam medi-camento inserviunt ad bilem temperandam, & quas-vis Dysenterias sistendas, in radicibus enim major est vis constipans, quam in ullis aliis hujus plantæ partibus.

Bontius Lib. 6. Cap. 38. dicit, Taratti Indicium in decocto propinari a Maleyensibus ad quosvis morbos acutos, uti febres, deliria, choleram, & lethalem Dysenteriam.

Tabula Septuagesima tertia

Nymphææ Indicæ majoris, seu Taratti partes exhibit separa-tas, ubi litt. A A radicem exhibet congeriem cum caulium partibus elevatis, scabris, & superne foraminulis distin-ctis.

Litt. B Folium denotat planum, C idem folium postica parte cum cancellatis venis distinctum. D Floris cornu repræsen-tat E eundem magis apertum, ut quatuor petala externa conspiciantur. F Flos penitus apertus est cum staminulis & punctulis feminalibus. G fructus, seu caput infundibulifor-me seminiferum. H idem est per maturitatem dehiscens, & officula exhibens. I I officula, seu Fabæ exemptæ sunt.

Deze pleegt men, als boven staat, te schillen en raauw te eeten, smakende wat laffer als Haselnoten. De gedroog-de en geheel zwarte bonen, die men met zakjes vol te koop brengt, moet men eerst in water opkookken, of in een pan rooſten, tot dat de buitenſte schale opberſte, als dan ſchil-len, het middelſte groene pit uitnemen, en eeten, zynde in 't eerste een harde kost gelyk Bekelen, maar laat zig ligt door de tanden malen, en inzonderheid ſmakelyk by 't drin-ken van den Tbee.

Van het nuttigen der wortelen in de kost, heb ik by deze Inlanders nog niets ervaren, maar zelfs geprobeert, dat de uiterste en malse einden van de wortelen met de eerste witte scheutjes in een sop gekookt, smaken als Arti-fjokken. De oude wortelen vallen te bairig, zoo dat men gebeele draden uit de mond kan spinnen: dog ik gelove, dat de Egyptiſche en Chineſe wortelen veel malſer zyn, als zynde dikker en vooser.

Uit de gedroogde bladeren kan men peperbuisen maken en omwintſels, als van maculatuur papier, om vrugten en zaden in te bergen. Daar Chineſen wonen, kan men de bloemen kwalijk bewaren, om dat ze die in binnne bui-zen geaurig willen hebben, buiten twyffel uit eenige su-perſtitie. Anders leeren ze ons veel meerder en beter ge-bruik van deze plante, want uit de verſche en gepelde bonen een waterig papje of ſopje gekookt met een weinig Candyſuiker, geeft een byzondere en verkoelende kost voor menſchen, die uit een lange ziekte opkomen, die met een inwendigen brand gequelt zyn, en die aan de roode Loop gaan, om dat ze verkoelen, en matig adſtringeeren. De wortelen werden by hun lieden zoo gekookt als onder de aſſe gebraden, en by zomertyden gegeten gelyk Artiſjok-ken.

De groene hertjes uit de Boonen vergadert en gedroogt, kan men by gebrek van Tbee gebruiken, op dezelfde ma-nier gekookt, en gedronken. De jonge ſteelen van Taratti een weinig geſchraapt, dat het ſtekelige vel afgaat, en in stukken geſneeden, kan men kookken en eeten, by de Mac-caſſaren bekend; dog ik houde het voor beter, als men de gebeele buitenſte groene ſchille afneemt, en het binnenſte fiſtuleuſe merg alleen kookt. De jonge bladeren nog za-men gerolt zynde, kan men ook raauw eeten met Bocassan en Atsjar, dezelve als moeskruid kookken.

Of nu den Oostindifchen Kayman of Krokodil de ſtekelige ſteelen van deze plante ſchurwt, gelyk Theophrastus van de Nilotiſſen zegt, daar van wert verſcheiden en onze-ker verbaalt. De Boegifſe volkeren zeggen, dat in hun land de oevers van groote rivieren met Taratti bezet zyn, daar de jongens zonder ſchroomen ingaan, om de bloemen en vrugten af te ſnyden, al zien zy den Kayman in den ſtroom dryven. Daar en tegen van Gorontale wert be-regt, dat dezelfs Meir wel ook aan de kanten met Ta-ratti bezet zy, egter den Kayman aldaar zoo ſtout is, dat zy tuſſen dit kruid indringen, menſchen en vee weghalen.

Piso Lib. 4. Cap. 49. getuigt, dat diergelyke Nym-phæa ook in Braſil waſt onder den Inlandtſchen naam van Aquape, in 't Portugees Golfaon. Hy geeft de bloeme twaalf inwendige lange en witte bladeren, met nog vier buitenſte, die groenagtig zyn, en van een goeden geur, dog by beſchryft de vrugten niet, waar in ze nogtans meeſt van de Europiſche verſchilt.

De wortelen zyn aldaar mede lang, en zappig; gekookt of een weinige onder de aſſe gebraden, dienen zoo wel tot ſpyſe als medicyn om de galle te ſtuitten, en alderhande roo-den loop te ſtoppen, want in de wortelen meer ſtoppende kragt is dan in de andere deelen van deze plante.

Bontius Lib. 6. Cap. 38. zegt, dat de Indiſche Taratti in een Decoctum gebruikt werd by de Maleyers tegens alle beete ziekten, als koortſen, raſernyen, bort, en doo-delyke Dysenteria.

De drie en Seventigſte Plaat

Vertoont de deelen van de groote Indiſche Watertulp, ofte Plomp, die Taratti genaamt wert, afzonderlyk; alwaar Lett. A A den zamenhang der wortelen vertoont met een ge-deelte der ſteelen overeind, ſtekelig, en van boven met de gaatjes onderſcheiden.

Lett B verbeeld een vlak blad; C het zelfde blad van agteren beſchouwt met de in een geſchakelde aaren. D vertoont de puntige knop des bloems. E is dezelve meer geopent, op dat de vier uitwendige bladeren gezien kunnen werden. F is de bloem geheel geopent, met dezelfs draden en zaadgeven-de puntjes. G is de Vrugt, ofte het tregtervormige hoofd de zaden voortbrengende. H is het zelfde door rypheid open barſtende, en de zaden vertonende. I I zyn de zaden, ofte uitgenomen Boonen.

OBSERVATIO.

Hæc est Nymphæa Indica, *Faba Ægyptia* dicta, flore incarnato, Nelumbo Zeylanensium *Herm. Parad. Bat. pag. 205.* ubi icon & descriptio, & Nymphæa alba, Indica, maxima, flore albo, fabifera *Mus. Zeyl. pag. 66. & Tbes. Zeyl. pag. 173.* ubi plurima ejus synonyma, & Nymphæa Glan-difera, Indiæ paludibus gaudens, foliis umbilicatis, amplis, pediculis spinosis, flore roseo purpureo *Plukn. Alm. pag. 267. Tab. 207. fig. 5.* ac Nymphæa foliis undique integris *H. Cliff. pag. 203.* ubi vide reliqua, ut & in *Flor. Zeyl. pag. 86.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

Nymphæa Indica minor. Taratti kitsil, sajor tondjo.

Secunda & minor species Nymphææ Indiæ, ad Europæam magis adcedit, inque omnibus partibus minor est Taratti, variæque ejus sunt species.

Prima ac vulgatissima, ampla quoque & rotunda gerit folia, septem & octo pollices longa, paulo latiora, inferius umbilicata, ubi caulis inmittitur, fere sine costis & venis, excepto nervo medio, crassa, pingua, superne glabra, inferius vero venæ protuberant, aquis innatantia, sique fricantur, in mucum deliquescentia.

Ipforum caules rotundi sunt, glabri, sine ullis spinulis, interne fungosi quoque & fuccosi, ac parum serofi, & lac effundentes, quod in tenuia quoque fila duci potest. Tenera & complicata folia ad externam partem fusca sunt, uti & caules, sed sensim vire-scunt.

Caulis florifer paulo altior sese adtollit, ac primo acutum profert conum, ex quo flos oritur, postquam quatuor exteriora petala vaginæ sese aperuerunt, quæ fordide alba & virentia sunt, in quibusdam etiam fuscis lineis distincta. Flos ipse ex similibus compositus est petalis, ex quibus Taratti, sed brevioribus & rotundioribus, concava quoque seu cochleari formia, quatuor vel quinque colores habentia juxta tot species, quot ex hac formantur.

Prima & vulgatissima alba est instar chartæ, ejusque flos Rosam refert ingentem variis petalorum ordinibus distinctam. Secunda species rosaceum habet colorem, aliquando etiam flos perfecte ruber est, minoraque gerit petala priori, sed hæc paulo majora sunt, magisque ad Taratti adcedentia. Tertia flores gerit pallide rubentes, seu incarnatos, qui aliquando tam pallidi sunt, ut vix rubedo adpareat, sed juxta costulas rubedine striati sunt intensiore. Quarta flores profert pallide luteos seu flavescentes. Quinta intense cœruleos exhibet flores, ipsiusque caules fusci sunt.

Cunctæ hæ species interne lutea gerunt ista stamina & antheras uti Taratti, odorem quoque fundentes dulcem anisatum, excepta cœrulea & lutea specie, quæ odorem fundunt paludosum. Petala more Taratti sese extendentia facile decidunt, quum fructus ex centro excrevit, qui est conus oblongo-acutus, substantiæ fungosæ, & interne in varias distinctas cellulas, more capitum Papaveris. In illis semen latet pusillum, magnitudine & colore feminis Sinapios, saporis aquosi, & sub dentibus sonitum edens, quum semina hæc interne plerumque sint inania.

Capita feminifera non in omnibus regionibus in Tondjo observantur, saltem Javæ & Baleyæ plerumque ignota sunt, ubi nil nisi flores profert, sed in regione Macassarâ suos profert fructus.

Hic flos peculiarem habet proprietatem, quæ in Europæa Nymphæa etiam observatur, vespertino enim tempore semi clausus est in cornu, caulem incurvat, ac totus sub aqua mergitur per totam noctem, oriente sole sese iterum erigit, ac sese extendit, quum vero caput feminiferum excrevit, non amplius submergitur. Caput hoc jam maturum sponte sese aperit juxta cellulas, semenque in aquam projicit.

Radix

AANMERKING.

Dit is de Indische Nymphæa, *Faba Ægyptia* genaamt, met een vleesverwige bloem, Nelumbo by de Zeylonenfers, van *Herm. Parad. Bat. pag. 205* alwaar een Figuur en beschrijving daar van is, en de witte Indische, grootste boondragende Nymphæa met een witte bloem, van het *Mus. Zeyl. pag. 66.* en *Tbes. Zeyl. pag. 173.* alwaar de meeste benamingen hier van zyn, en Eikelsdragende Nymphæa, in de moeras-sen van Indiën groeiende, met breede navelvormige bladeren, met stekelige steelen, en een purper roosverwige bloem, van *Plukn. Almag. pag. 267. Tab. 207. fig. 5.* en Nymphæa met bladeren, over al heel in de *H. Cliff. pag. 203.* en in de *Flor. Zeyl. pag. 86.*

EEN EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De kleine Indische Waterplomp.

Het tweede en kleindere geslacht van de Oostindische Nymphæa, komt de Europese wat nader, zynde in alle haar deelen kleinder dan Taratti, en mede van verscheide soorten.

De eerste en gemeenste heeft mede groote en ronde bladeren, zeven en agt duimen lank, wat breeder, agter met een boezem of keep, daar den steel ingelaten werd, schier zonder ribben en aderen, behalven de middelzenuwe, dik, vetagtig, aan de bovenzyde glad, beneden builen de aderen wat uit, op het water zelfs dryvende, en tot slym werdende, als men ze vryft.

Hunne steelen zyn rond, glad, zonder eenige stekelen, binnen mede fistuleus en sappig, een weinig weiagtige melk uitgevende, die zig mede tot fyne draden laat trekken. De jonge en nog t'zamen gerolde bladeren zyn aan de buitezide bruinagtig, gelyk ook baare steelen, maar werden met 'er tyd groen.

Den bloemdragende steel ryft wat hooger op, en draagt eerst een spitze kegel, waar uit de bloem werd, na dat haar de vier buitenste bladeren van de scheede openen, dewelke vuil-wit en groenagtig zyn, aan sommige ook met bruin gestreept. De bloeme zelfs is van diergelyke blaadjes gemaakt, gelyk Taratti, dog korter, en ronder, mede bol of lepelformig, van vier of vyfderlei couleuren, na zoo veel soorten, die men daar van maakt.

De eerste en gemeenste is wit van couleur als pampier, gelykende een groote rooze, met verscheide rye blaadjes agter malkander. De tweede zoorte is roozeverwig, zomtyds ook regt rood, minder van bladeren dan de voorige, maar die zyn wel zoo groot, en de Taratti nader komende. De derde heeft ligt-rode of incarnate bloemen, zomtyds zoo bleek, dat men even de rodigheid bekenen kan, dog langs de ribbeken met hooger rood gestreept. De vierde heeft bleek-gele bloemen. De vyfde heeft hoog-blaauwe bloemen, en baare steelen zyn bruinagtig.

Alle soorten hebben van binnen de geele draden en noppen gelyk de Taratti, mede een zoeten Anysagtigen reuk van haar gevende, behalven de geele en blaauwe soorten, die wat moerasagtig ruiken. De blaadjes op de manier van Taratti zig uitbreidende vallen ligt af, waar op uit de midden de vrugt groeit, zynde een lang toegespist bolleke, mede van vooze substantie, en binnen in verscheide celletjes verdeelt, op de manier als de maankoppen, daar in schuilt veel klein zaad, van grootte en couleur het Mostaart-zaad gelyk, wateragtig van snaak, en onder de tanden krakende, om dat ze van binnen meest ydel zyn.

De zaadbollen vindt men niet in alle Landen aan de Tondjo, immers op Java en Baly is het meest onbekent, daar het niet dan bloemen draagt. Maar op 't Land Macassar brengt het zyne vrugten voort.

Deze bloem heeft een wonderbaare eigenschap, dewelke men aan de Europese Nymphæa ook ziet, want 's avonds sluiten ze haar half toe tot een bol, kromt haaren steel, en duikt den geheele nagt over onder water, met het opgaan van de zonne ryft ze wederom op, en breid haar uit, maar als den zaadbol voortkomt, dan duikt ze niet meer. Dien bol nu regt ryp zynde splyt met zyn celletjes van zelfs open, en laat het zaad in 't water vallen.

De